TIT. III.

De Exceptione Rei Venditæ & Traditæ.

Venditore, qui *Rem* alienam vendidit, eandem *ex Dominio poſtea* (e. g. titulo legati à vero Domino relicti) *quæſito Vindicante, Emtori licet vel*

- *Agere*, ſi malit rem venditam auferri, eaque ablata ad præſtandam evictionem experiri. *L. 17. ff. d. evict.*
- *Excipere de re Vendita & Tradita. d. L. 17. j. L. 156. §. 1. ff. d. R. J. Eſt autem Exceptio Rei Venditæ & Traditæ* realis. *l. 3. pr. §. 1. ff. h.* quæ datur emtori ejusque hæredibus & ſucceſſoribus ſingularibus. *d. l. 3. pr.* adverſus venditorem ejusve hæredem aut ſucceſſorem ſingularem. *d. l. 3. §. 1. ff. h.* ex Dominio poſtea quæſito rem vindicantem, ad excludendam ejus intentionem. *l. 1. ff. h.* Quæ Exceptio, ob paritatem rationis, ad Permutationem. *a. l. 2. ff. d. rer. perm.* in Solutum dationem. *a. l. 4. C. d. evict.* & ſimilia negotia applicari poteſt. *a. l. 32. ff. ad L. Aquil.*

Quem ad evictionem præſtandam tenet actio, eundem evincere conantem multò magis repellit exceptio. *a. L. 17. ff. d. evict. j. L. 156. §. 1. ff. d. R. J.*

LIB. XXII. PAND. TIT. I.

De Uſuris & Fructibus & Cauſis, & omnibus Acceſſionibus & mora.

Hic Tit. Agit

- *1. De Uſuris, quæ*
  - *Sunt* augmenta quantitati ſ. ſorti debitæ propter ejus uſum, *a. l. 58. §. 6. ff. ad SCt. Treb.* in eodem genere accedentia. *l. 23. l. f. C. h.*
  - *Dividuntur r.*
    - *Finis in*
      - *Punitorias*, quæ ob moram in ſolvendo. *l. 17. §. 3. ff. h.* fidemve contractus violatam debentur. e. g. quando mandatarius pecuniam mandantis ad uſus ſuos convertit. *l. 10. §. 3. ff. mand. l. 1. §. 1. ff. h.*
      - *Compenſatorias*, quibus compenſatur utilitas, quæ per uſum rei fungibilis translatum Domino decedit & utenti accedit. *a. l. 60. ff. pro Soc. l. 58. §. 6. ff. ad SCt. Treb.*
      - *Lucratorias*, quæ creditori iniquum lucrum captanti ſolvuntur; veluti ſi immoderatas *(ultra 5. ex 100. hodiè)* vel prohibitas (uſuras ex uſuris. *l. 28. C. h.*) vel ab egeno, qui ex uſu nihil lucri facit, cùm ei creditor gratuito uſu pecuniæ ſuccurrere poſſit & debeat, uſuras exigit. Has *Mordentes*, Compenſatorias & Punitorias *non Mordentes* appellare licebit. Cœterum etiam à vidua vel egente perſona promiſſas uſuras quincunces *hodiè* in judicio peti poſſe, ne commiſeratione digni ea occaſione deſerantur, colligere licet aus dem Torgau. Ausſchreib. *d. A. 1583. t.* von Wucherl. *Contr.* §. Es iſt aber. §. derowegen.
    - *Cauſa Efficientis in*
      - *Voluntarias ſive conventionales*, quæ ex conventione cum debitore inita debentur. *l. 3. C. d. Uſur.*
      - *Neceſſarias*, quæ citra conventionem cum debitore initam debentur, ut uſuræ ex mora, in b. f. judiciis. *l. 32. §. 2. ff. uſur.* it. ex re judicata. *l. f. C. d. Uſur. rei jud.*
  - *Per ſe Moraliter Malæ non ſunt*
    - Quia nihil æquius eſt Jure Naturali quàm lucrum ceſſans damnumve emergens creditori, uſu ſortis creditæ deſtituto, moderata communicatione utilitatis, ex uſu ſortis ad accipientem pervenientis, penſari, moram verò aut perfidiam contrahentium coërceri. *Conf.* Puf. *d. J. N. & G. l. 5. c. 7. §. 9. ſeq.*
    - *Neque prohibitæ. v. pag. ſeq.*
  - *Debentur. v. pag. ſeq.*
- *2. De Fructibus. v. pag. 308.*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn336914644/321 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG